



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

27. De Serapione, qui non potuit mori, nisi percepta Eucharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

tus fuerat tollere corpus Dominicū, amouit
 quantotius congeriem lignorum, fauillarum
 ardentium, & introspiciens, reperit hoc in
 gne miraculum. Protinus excipiens, & cunctis
 videntibus qui aderant, illud fidei nostræ sa-
 cramentum demonstrans atque diuulgans,
 venit ad me gaudens, & suam oblitus ne-
 gligentiam propter abundantiam lætitiæ, læ-
 ceter non sine tristitiæ nebula, pro damna
 quod acciderat. Nox enim quædam adhuc
 toto illo die erat in cordibus nostris, & quæ
 si graui somno pressi mentis nostræ oculi no-
 dum valebant prospicere ortum solis, id est
 claritatem diuinæ præsentia fulgentem ca-
 ca nos, siue in medio nostrum tribus mira-
 culis, isto prægrandi & cæteris duobus
 quæ supra narraui. Sequens erat dies Do-
 minica, & ego circa horam ferè tertiam
 perrexi, & multis sequentibus vel præses-
 tibus locum intuitus sum, & opus virtutum
 consideravi admiratione dignum, cum quæ
 & illud accedebat ad gaudium, quod altare
 considerabamus inuiolatum, cum coherentibus
 altari lapides magni, qui coram strati iacebant,
 fracti & in frustra diuisi essent magnis mol-
 bus fragmentorum, id est trabium ab inco-
 dio fractarum, & ardenso eadentium.

*Eusebius Casariens. Eccles. hist. lib. 6. cap. 34. de Sa-
 rapione, qui non potuit mori nisi percepta Eucharistia
 fia.*

Dionysius ad Fabianam scribens, intexuit
quandam historiam, dignam memoria,
dicens, Serapionem quendam fuisse apud A-
lexandriam. Vnum ex his qui lapsi sunt, eun-
demque sæpè deprecatum, vt susciperetur,
nec tamè impetrasse. Oppressum deinde hunc
ægritudine, ita vt triduo iam sine voce pro-
fus iaceret: paululum verò quarta die respi-
rantem, vocasse ad se filiam suam, & dixisse:
Quousque me detinetis? Quæso vos, citò ali-
quis presbyterum roget, vt possim aliquando
dimitti. Et cum hæc dixisset, rursus sine vo-
ce permansit. Abiit cursu puer ad presbyte-
rum noctis tempore: infirmabatur presbyter,
venire non potuit: tamen quia præceptum fu-
erat à me, vt lapsis in exitu nemo reconcilia-
tionis solatia denegaret, & maximè his, quos
prius id rogasse constaret, parum Eucharistiæ
puero, qui ad se venerat, dedit, quod infusum
iussit seni præberi. Regrediente adhuc puero,
antequàm regrederetur domum, rursus Se-
rapion respiciens: Redisti, inquit, fili? Et, licet
presbyter venire non potuit, tu tamen imple,
quod tibi præceptum est, vt possim discedere.
Cumque esset completa solemnitas, velut ca-
tenis quibusdam, vinculisque disruptis, lætio-
rem iam spiritum reddit. Ex quo, inquit, con-
stat certissimè, huius boni auxilio nullum de-
bere fraudari.